pro defunctis orando/elemoſinas tribuendo / diſciplinas acci-
piendo/peregrinando/⁊ ſancta loca viſitando/celebrando miſ-
ſam vel audiendo/pſalmos ⁊ officia defunctorū legendo/nō ſo/
lum defunctis ſubueniūt/ſed etiam ſibiiipſis promerent̄ gratiā
in preſenti ⁊ gloriam in futuro/dum predicta agunt ex caritate.
Nam quicquid ex caritate efficitur meritoriū eſt gratie ac ſalu
tis. Exiſtētibus autē in purgatorio non poteſt quis ampli⁹ gra
tiam promereri/nec gloriaꝫ/ſed glorie accelerationē/ per hoc ꝙ
ſatiſfaciēdo pro illis impetrat penas ipſorū abbreuiari. Etem̄
idem bonū eſt meritoriū ⁊ ſatiſfactoriū ꝓut defunctis applicat̄
⁊ cōicat̄/⁊ propt̄ annexū laborē ac alias cās. Hinc in quadā vi-
ſione oñſa btē Brigide vidue legit̄ angelus ſcūs dixiſſe Bñdi
ctus ſit ille in mūdo qui iuuat aiās oronibus ⁊ bonis operib⁹ at
qꝫ labore corporis ſui. Deīn de purgatorio audiebant̄ mlte vo
ces dicētes. O dñe ihu xp̄e iuſte iudex mitte caritatē tuā ſpūali
bus eccliaſticiſqꝫ perſonis/quia tūc magis adiuuari poterim⁹
de eoꝝ cantu/lectionibus/oblationibus/ac precib⁹. At vero ſu
pra ſpaciū de quo clamor vocū illarū apparebat/ quaſi dom⁹ in
qua multe voces audiebant̄ dicentes Merces ſit illis qui mit
tunt nobis auxilium in noſtris defectibus. In ipſa quoqꝫ do-
mo videbatur quaſi aurora conſurgere/⁊ ſubtus auroraꝫ appa
ruit nubes que nichil habebat de luce aurore/ de qua proceſſit
vox maxima dicens. O domine deus da de tua incompreben-
ſibili poteſtate vnicuiqꝫ centeſimam remuneratione in mundo/
hiis qui ſuis ſuffragiis nos iuuant ac eleuant in luceꝫ tue deita-
tis/⁊ in viſionem diuini vultus.

¶ Concluſio operis.

Breuiter q̄uis velociqꝫ momento ſenex inq̄t o diſcipule groſſoqꝫ ſtilo vidiſti ſciētie vē doctrinā parit̄ ⁊ explanationē percepiſti/tamen experiētia rerū magiſtra ingenioqꝫ ꝓprio multa plura ſupaddere potes. Et ex hiis ꝯcludere qualit̄ ſciētie mortis ſtudiū oīm aliaꝝ ſciāꝝ ſtudiis rite p̄eligit̄. Scis enī qualiter mūdana ſtudia (vt in ꝓhemio ſatis percepiſti) tribus facultatibus ſubiiciuntur

Concluſio operis

Scꝫ — Elationi ſuperborum / Affectioni terrenoꝝ / Corruptioni luxurioroꝝ

Ut verificet̃ illud Johã
nis in canonica ſua oẽ qḋ
eſt in mũdo aut eſt ꝯcupi
ſcẽtia carnis/aut oculoꝝ/aut ſupbia vite. De ꝑmo ſtudio dicit̃
Jere.xxj.dñs ait.ſ.ſupbis/quis ꝑcutiet vos ⁊ ingredietur do/
mos vrãs Et viſitabo iuxta fructũ ſtudioꝝ veſtrorũ. De ſecũ/
do ſtudio dicit̃ Jere. Omnes auaricie ſtudẽt a minori vſqꝫ ad
maiorẽ. De t̃cio dicit̃ prouerb.xxiij.de quibuſdã hõibus q̇ mo
rant̃ in vino/⁊ ſtudẽt potãdis calicibꝰ. Et ſequit̃/ſicut regulus
vineã diffundet.ſ.vina.regulꝰ eſt quidã ſerpẽs cuiꝰ venenũ ma/
xime eſt mortiferũ/ſed nil ita mortiferũ hũanis ingenijs vt luxu
ria ẽ/q̃ vt inq̇t Seneca/ex nimio cibo potuqꝫ ꝓcedit. Quippe
vt ait Therẽtius/ſine cerere ⁊ bacho friget venꝰ. Quid ṽo ab
amatoribꝰ huiꝰ mũdi querit̃ in hijs ſtudijs niſi delitie ſeu dele/
ctatio carnis: circa quas eſt ꝯcupiſcẽtia carnis.i.luxuria ⁊ gula
Querunt̃ ⁊ diuitie/circa quas eſt ꝯcupiſcẽtia oculorũ.i.auari/
cia. Appetunt̃ ⁊ honorificẽtie q̃ reſultãt ex laude hominũ/ſeu
fama/ſeu potẽtia dignitatũ/⁊ hmõi/circa quas eſt ſupbia vite.
Deficiũt omnia iſta cum deſiderijs ſuis Nam corpus corrum
pitur/⁊ in terrã ꝯuertit̃. Diuitie corrũpunt̃ ⁊ finalit̃ etiã in ter/
ram ꝯuertunt̃. Et iuxta ſapientẽ/potẽtie ⁊ honores corrũpun/
tur ⁊ deficiũt/⁊ ſub terra poſitis pedibꝰ ꝯculcantur. Ita vt de
hijs ſtudijs illud pſalmi ix.verificari p̃t.ſ. Corruptibiles facti
ſunt in ſtudijs ſuis. Studiũ huius libri ꝯuertit̃ in maiorez ⁊ et/
nam felicitatẽ/hec mũdana ſtudia in perpetuã miſerabilitatem
Nonne ⁊ de corruptibilitate etiã Baruth iijº.c.ſuo bñ loquit̃
Cum q̃rit vbi ſunt principes gentiũ/⁊ qui dominant̃ ſup beſti
as que ſunt ſup terrã.i.ſup hõies beſtialit̃ viuẽtes.i.luxurioſe.
qui in auibꝰ celi ludũt.i.in ſuperbis ⁊ ambitioſis. qui argentuꝫ
theſaurizant ⁊ aurũ in quo ꝯfidũt hõies/⁊ non eſt finis acquiſi/
tionis eoꝝ. Et reſpõdet ſibiipſi docẽte quotidiana nobis expe
rientia. Exterminati ſunt.i.extra terminũ mũdi miſſi per mortẽ
⁊ quod horribilius eſt ad inferos deſcenderũt/⁊ alij in locũ eo/
rum ſurrexerũt.merito deſcẽderñt/qꝛ hijs ſtudijs ſe dederunt.
⁊ ſtudiũ eſt vehemẽs animi applicatio circa aliquid ſm̃ Thõm

⁊ Tulliuꝫ. Sic bene corruptibiles facti ſunt in ſtudijs ſuis / cor
ruptibiles inquit ⁊ abbominabiles. Quia dicunt quotidie per
affectū non eſt deus. Jlle ſcꝫ qui eſt verus dominus in celo, cu
ius volūtati ⁊ mandatis non obediunt / ſed ⁊ religioſos deridēt
⁊ vilipēdūt. Sed de creaturis miſeris qui bus ſtudent fecerūt
ſibi deos / puta delitijs / diuitijs / ⁊ honorificentijs / quibꝰ ſūt im
merſi / ſicut ait Apl's Rōnoꝝ p°. Mutauerūt gloriā incorrup
tibilis dei in gloriā ymaginis corruptibilis hōis / volucruꝫ / qua
drupedū / ⁊ ſerpentū. volucres ſunt ſuperbi alta petētes. Ser
pentes terrā occupātes reptantes ⁊ terram comedētes ſūt aua
ri. Quadrupedes via lutoſa incedentes ſunt luxurioſi. Jſti o
miſſo cultu ⁊ ſtudio veri dei ſtudiū ſuuꝫ totum ponūt ad iſta / vt
videant̄ pro dijs ⁊ ſūmis bonis habere ea. Et ſic corrupti ⁊ ab
hominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis. Studiū maxime ſapiētie
pmo ſalomō frequētauit / cuius ſapiētia per vniuerſum orbē dif
fuſa erat / vt patet tcij Regū iiij°. Studiū opulētiſſime habūdā
tie / vt pꝫ tcij Regū x. Studiūq̄ꝫ finalit̄ delitioſiſſime affluētie
carnalis. vt dicit̄ iij. Regū xj. Fuerunt ſibi quaſi regine ſeptin
gente ⁊ cōcubine trecēte / ⁊ hijs copulatus eſt ſalomō ardētiſſi
mo amore / ⁊ auerterūt mulieres cor eius. Cūqꝫ iam ſenex eſſꝫ
depꝛauatū eſt cor eius per mulieres. Ubi bene notādū ꝙ in tā
ta magnificentia ſua / potētia / fama / ⁊ habundātia / non eſt auer
ſus a deo niſi per inordinatū amorē voluptatū / ⁊ niſi penituerit
corruptus in anima ⁊ corpore eſſꝫ ⁊ damnatus. Sed hebrei di
cunt ⁊ plures doctores ſancti eū penituiſſe / ⁊ tunc feciſſe libruꝫ
eccleſiaſtes. vn̄ intitulāt eū hebrei de penitētia ſalomonis. Un̄
dicit eccl'iaſtes ij. Deteſtatus ſum oēm induſtriā meā quaꝫ ſub
ſole ſtudioſiſſime laboraui / habiturus heredem poſt me quem
ignoro / vtrū ſapiens aut ſtultus ſit ⁊ dn̄abit̄ in laboribus meis /
quibꝰ deſudaui ⁊ ſollicitꝰ fui / vnde ceſſaui / renūciauitqꝫ cor me
um vltra laborare ſub ſole. Et alibi / vanitas vanitatū ⁊ ōnia va
nitas ꝯcludit. Fuge ergo ⁊ iterū fuge ſenex ait diſcipulo hec ſtu
dia / quia hijs ſtudentibus ꝯminatoriā minatur Jeremias ſen
tentiam xxj. ſuo ca°. Egrediat̄ vt ignis indignatio mea ⁊c. pro
pter maliciā ſtudiorū veſtrorum. Et iterū. Viſitabo ſuper vos

propter maliciã ſtudiorum veſtrorum dicit dñs/⁊ ſuccẽdã ignẽ in ſaltus eius/⁊ deuorabit omnia in circuitu eius. Diſcipulꝰ im menſas grandeuo ſuo inſtructori referens grates ſuper nõ mediocri informatione/conuentũ egreditur/mente viſa reuoluẽs/⁊ ob hoc mundũ ꝯtẽpſit. Diſponẽſqꝫ ſalubriter domui ſue mortem premeditabat̃. Ita vt tandem vie carnis in egreſſu ſpiritum deo reddidit feliciorẽ/regnãti in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Quadrageſimale ⁊ aduentuale(quod Morticellarium aureum nuncupat̃)feliciter explicit Impreſſuꝫ ꝑ me Gerardũ leeu in mercuriali oppido Antwerpiẽ Anno dñi M.CCCC.lxxxviij.xx.Februarij.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF